

Hermann Schuckmann Johann Christoph Otto

Collegii Theologici Disputatio Octava, De Lege Et Evangelio deq[ue] Discrimine V. & N. Testamenti

Rostochi[i]: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738369446>

Druck Freier  Zugang



RU Theol. 1649

Schückmann, Hermann /
Karl O. Moritz, Johann Christoph

VIII

39.
COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATIO OCTAVA,
DE
LEGE ET EVANGELIO

deq; Discrimine V. & N. Testamenti

Quam

ADJUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,

Cum suffragio Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ, in incluta Universitate

Rostochiensis,

P R E S I D E

V I R O

Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,

D N. HERMANNO SCHUCK-

MANNNO, SS. Theol. Doctore & Professore

Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,

suo omni honoris cultu prosequendo,

Publicè in Auditorio Majori, die 10, Februarij

Eruditorum Examini subijcit

JOHANN. CHRISTOPH. OTTONIS,

Osnabrugâ Westphalus.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, acad. Typogr. Anno 1649.

30

COLLEGIUM THEOLOGICUM
DISPUTATIO OCTAVA
DE
LEGE ET EVANGELIO

de: Dissertation V. & N. Testamentum

AD IUVANTEM GRATIA
SPIRITUS CHRISTI

Cum iussu regio Amplissimi Facultatis
in Theologiae in Universitate Rostockensi

FRANCO
VITTO

DR. HERMANN SCHUCK

MAJANO, ss. Theol. Doctor & Professor
Publico Librario, Praeceptor & Homoneo

Profess in Auditorio Auditorio, Rostock
Rostockensis Universitatis

JOHANN CHRISTOPH OTTONIS
Ordinarius Vice-Præsidentis



Rostock

The Rostock University Library



L Ex & Evangelium fundamina bina pio-
rum
Namq; duo hæc rectè cognita quisquis
habet

Hunc non hæreticus mendax perturbat acerbè
Ille etenim Christo, pectore fidus erit.

In gratiam Dn. popularis F.
Johannes Cothman, S. S. Th. D. & P.

L EX agit ad CHRISTUM; coneritis mentibus offert
Uox EVANGELII Christum, Non illa salutem;
Hæc confert; Sed & illa pia sit regula vite.
In CHRISTO quarenda salus, cum Patribus uno,

*In gratiam Dn. Respondentis cum
voto ad scrib.*

P R Æ S E S.

L Ex & Evangelium est, quicquid sacra pagina profert.
Legem & Evangelium defendens, annuis omne id
Te defensurum quicquid sacra pagina profert,
Ergo precor pulchris Deus ut conatibus adsit.

*Hæc optimos Dn. Respondentis conatus
approbat & commendat*

**Joachimus Lütke-man, Th. D.,
Eccl. & Prof.**

L Ex data per Mosen per Christum Gratia venit,
Id quod perspicuè pagina sancta docet.

Lex

*Lex homines terret, solatur Gratia tristis,
Peccata ut credant esse remissa suas
Hoc quoq; Schuckmanno proponit Praside; perge
Ingenium excolere, & præmia digna feres.*

Præstantiss. & Doctiss. Dn. Resp. Amico & popu-
lari meo dilecto pauçula hæc L. m. q;

*M. Rembertus Sandhagen,
Ad D. Nic. V. D. m.*

Ad Eruditiss. Dn. Respondentem.

Quanta fit integritas divinæ Legis ab ipso
Fonte Boni manans expendes *Optime Cultor*
Eusebicus coeptis his adfit Legifer ipse.
Sancta jubet pietas Legem trutinare subinde.
Sponte illam migrare nefas: sed sarcina dura est
Tanto fasce levat nos Christus, bajulat idem
Immensam Legis molem, mens pressa triumphat.

*M. Johannes Corfinius,
ad D. Mar. Eccles.*

Nulla salus Legi: Christi Tu sollicitaris
*Lux Evangelij! Lex lucis non habet omen,
Fax est, sunt tenebra, quidquid sub Lege salutis;*


Eximium Dn. Responsum cum voto sanctæ
in Christo felicitatis prosequer

M. Bernhard Gofman,

Lex terret, sævo nec fulmine lenius ardet.
Sed lenit vulnus divinæ succus oliva:

*Alteri sibi de Lege & Evangelio disserturo perpetuum
Evangelij solamen preceatur*

*Thomas Hopmannus,
O. W.*



DISPUTATIO VIII.
DE LEGE ET EVANGELIO,
Deq; Discrimine V. & N. T.

§. I.



Ecto secundum beneplacitum Domini decreto æterno, ducendus fuit homo peccator ad mediatorem Christum, & hic ab illo fiducialiter apprehendendus. Ductus fit per Legem, apprehensio ex Evangelio est. Et his duobus capitibus absolvitur totum verbum scriptum, quod est patrefacta voluntas Dei, ut absoluti Domini, summi judicis & patris in Christo misericordis. LEGIS appellatio, communiter in sacris תורה & νόμος est. Utrumq; sumitur 1. in genere, pro constitutione, præscripto, ordinatione, dispositione rerum, quemadmodum fieri vel debent, puta ex mandato intentione decreto vè divino; vel ex aliâ quadam necessitate solent. Prioris generis sunt v. g. תורה הנהיך Num 6. v. 21. תורה והוא הנאמר ארני ויהוה 2. Sam. 7. v. 19. conf. 1. Chron. 17. v. 17. νόμος τῆς συνέουσις τῆς ζωῆς ἐν χριστῷ (quæ est ipsa Evangelii virtus) Posterioris, νόμος τῆς ἀμαρτίας καὶ τῆς θανάτου Rom. 7. v. 22. 23. c. 8. v. 2. & c. 2. in specie pro informatione seu institutione divinâ, & significat doctrinam divinitus revelatam, quâ demittitur cognitio Dei & voluntatis ejus in animos hominum, ad similitudinem destillantis è cœlo pluvix. Et sic תורה dicitur 1. universam Scripturam Canonicam, seu quicquid verbum Dei est, incluso maximè Evangelio Ps. 1. Ps. 19 v. 8. Jer. 31. v. 33. Ebr. 8. v. 10. Quod & ipsum vocatur νόμος τῆς χριστιανικῆς Gal. 6. v. 2. νόμος ὁ τέλει ὁ τῆς ἐλευθερίας Jac. 1 v. 25. conf. Rom. 8. v. 2. 2. Libros V. T. omnes, continententes sermonem propheticum, apparitionibus quibuslibet firmiorem 2. Pet. 1. v. 19 ad quos (velut fundamentum doctrinæ in N. T.) generali voce legis appellatos, provocant Christus & Apostoli e. g. Job. 10. v. 34. Rom. 3. v. 19. 1. Cor. 14. v. 21. Gal. 4. v. 21. 3. Pentateuchum, & sic distinguitur Lex à Prophetis (ad quos in genere referuntur Psalmi; tamen & in specie hi illis contradistinguuntur Luc. 24. 27. 44.) & ad differentiam reliquorum, denominatur à causâ ministeriali תורה משנה, νόμος Μωσῆως 1. Reg. 2. v. 3. repete Luc. 24.

RESP.
JOHAN:
CHRISTOPH:
OTTO:
ONIS,
Ofna-
brug:
Westph.

H

V. 44.

7. 77. Etq; principium simul & compendium totius verbi sive histo-
 rici sive prophetici in V. pariter & N. T. & hoc illius ἐξήγησις est Mal.
 4. v. 4. Job. 5. v. 46, 47. 4. Totam Politiam Mosis, h. e. formam & con-
 stitutionem regiminis V. T. ad quam non modò statuta Ecclesiastica &
 forensia, sed ipsa quoq; Lex moralis pertinebat, cui additæ sunt Lèges cæ-
 teræ, velut ejusdem quoddam ornamentum, sepimentum, exercitium,
 sed non nisi in populo Israel; qui his ipsis tanquam cancellis à reliquâ ho-
 minum multitudine secretus, conclusus, circumscriptus erat. Et in hoc
 respectu infertur jugum servitutis, idq; intolerabile Gal. 4. v. 21.
 e. 5. v. 1. Act. 15. v. 10. 5. Doctrinam faciendorum & fugiendorum ex de-
 bito naturæ, cum coactione & comminatione mortis ac maledictionis,
 Gal. 3. v. 10, 11, 12. Et sic strictè lex sumpta, quam dixeris cum scripturâ li-
 teram, item νόμον ἐν τολῶν &c. fidei opponitur d. l. Q. hic, in quovam
 significato consideretur vox νόμος in articulo de justificatione & libertate
 Christianâ, quæ propugnantur à Spiritu Dei in Epistolâ ad Rom. Gal. Ebr.
 (adde & c. 15. Act.) &c. Obtenent in his posteriores duæ acceptiones, ubi
 Lex venit tum pro jugo servitutis, tum coactione & obligatione ad mor-
 tem. Utriq; opponitur Evangelium, hoc est, prædicatio Jesu Christi; illi
 quidem, quatenus libertatem affert existentibus sub gratiâ; huic, prout
 ipsam gratiam in Christo fundatam, fide applicandam offert; & in hæc
 præcipuè occupatur sensus & sententia Apostolica; sed ita ut Christia-
 nam libertatem, quæ gratiæ pro conditione novi fœderis; illustrius ma-
 nifestatæ immediatus effectus & inseparabilis proprietas est, subinferat.

S. 2. Dividitur Lex in תּוֹרַת מֹשֶׁה (aliàs תּוֹרַת מֹשֶׁה) in תּוֹרַת אֱלֹהִים, ubi notandum I. per voces has non minùs quàm per תּוֹרַת
 in genere notari verbum Dei (cujus epitome Pentateuchus est) ejusq; na-
 turam & proprietates diversimodè his ipsis explicari Ps. 119. Deut. 6. v. 1.
 seqq. II. in specie, & quidem significari. 1. per תּוֹרַת מֹשֶׁה (sicut & per ἐν-
 τολῶν) תּוֹרַת אֱלֹהִים h. e. Decalogum, immediatè à Deo, audiente to-
 to cœtu, promulgatum Exod. 20. Deut. 5. v. 22. (conf. c. 4. v. 12, 13.) Matth.
 19. v. 17. Rom. 13. v. 9. cujus compendium est mandatum de dilectione
 Deut. 6. v. 4, 5, 6. Matth. 22. v. 36, 37, 38, 39. 2. per תּוֹרַת אֱלֹהִים, forensia
 seu judicialia, à X. verbis distincta; vid. nexum in Exod. 20. & 21. v. 1. &c.
 3. per תּוֹרַת אֱלֹהִים, Ecclesiastica, Levitica, eceremonialia Lev. 10. v. 9, 11. Num. 9.
 v. 14. ita dicta, quod in his ea exprimantur, quæ umbram habebant futu-
 rorum bonorum. Et hæc, juxta cum Judiciis, soli Mosis intrâ caliginem

concluso &c. immediatè à Deo tradebantur, qui eadem, prout acceperit, populo reddidit *vid. Exod. 20. v. 21. & seqq. e. 21. & 6. c. 24. seqq. adde Leviticum &c.*

§. 3. *Leges Ceremoniales* formant statum regiminis Ecclesiastici: *Forenses* politici & æconomici V. T. In utroq; notamus personas, res & opera. Fines utriusq; præcipui sunt I. Coercere populum Israel, & sub disciplina continere ipsos etiam fideles *Gal. 3. 4. 5* II. Esse umbras vel typos, ad umbrantes Christum exhibendū ejusq; officium tum sacerdotale (in ceremoniis) tum regium (in judiciis) præfigurantes; non excluso prophetico, ad quod cum primis Decalogus ejusq; expositio reducenda. III. Commonefactiones præbere de peccatis & miseriis nostris, de voluntate DEI, de operibus tam gratiæ quam iræ, deq; debito ex nobis obsequio.

§. 4. Ex his fluit decisio Controversiæ de duratione, ubi *Q. an & quomodo ceremoniales, juxtà ac forentes Mosaicæ, locum habeant in Ecclesia N. T.?* Assertio I. Abrogatæ sunt, Christo in carne exhibitio, non tantum ratione coactionis pœnalis sed & obligationis ad observationem expressæ præscripto legali. Probatur I. à remotione fundamenti, h. e. translatione sacerdotij & regni. Transferti autem debuisse & translatum esse utrumq; manifestato Christo, evincunt loca *ad Ebr. 6 7, 8, 9. adde Dan. 9. v. 27. Gen. 49. v. 10, 11.* ubi terminus regiminis Judaici temporalis *ה'תש"ו* est *conf Zach 9 v. 9, 10.* expende Harmoniam prophetico-Evangelicam & huic consentientem experientiam (Et hinc immotum pro adventu Messiae argumentum) Jam translato sacerdotio (cum quo connexum erat regimen Mosaicum) ex necessitate quoq; legis facta est translatio *Ebr. 7. v. 12.* adde rationes Concilij Apostolici *Act. 15.* & quæ ducuntur ab antiquato foedere veteri & huic surrogato novo, in *Ep. ad Ebr. 8. Jer. 31. &c. 2.* ab oppositione libertatis per Christum partæ, cum quâ non consistit jugum servitutis Mosaicæ *ad Gal. 3. v. 28. c. 4. v. 4, 9, 10, 11. c. 5. v. 1. &c.* II. Ass. Quâ doctrinam, perpetuæ sunt veritatis, nec esse desinunt sub N. T. usq; adeo, ut ne tantillum quidem inveniri in lege scias, quod vel beneficia meriti ac mortis Christi fide applicanda, vel salutiferas Sp. S. operationes, vel formam totius Christianismi, vel ipsum regimen Messiae & sceptrum ejus, vel deniq; univ. Catholicæ Ecclesiæ statum pro communi commonefactione non adumbret, juxtà illud Pauli *Rom. 15. v. 4.* Unde nec apicalus peribit de Lege, donec omnia fiant *Matth. 5. v. 17, 18.* Adde, quod visiones *Ezech. Dan. Joh. in Apocalypsi &c. conditionem*

H e

tionem

tionem Ecclesie militantis & triumphantis sub typo exemplaris à Mo:
se visi, auditi, descripti, exponunt.

S. 5. In specie de Ceremonialibus notandum 1. Sacrificia, oblationes, mundationes, descriptiones sacerdotis, tabernaculi, festorū &c. partim confirmare nos in purificatione peccatorum factā per Christum, & intercessione ejusdem apud Deum; partim commonefacere spiritualis hostiæ Deo à nobis præstandæ Rom. 12. v. 1. Sed & 2. esse exemplar super-cœlestium & umbram futurorum bonorum Ebr. 8. v. 5. c. 10. v. 1. proin-dēq; cessare præsentē corpore Christi Col. 2. v. 16, 17. Gal. 3. & 4. usq; adeo ut Christus prodesse nequeat, quantisper illorum observatio, ceu necessaria, ex dictamine legis, sub ratione meriti vel operis urgetur, c. 5. v. 2. Objicis: Circumcisionem & alia aliquamdiu observata esse in N. T. R. tolerata sunt initio propter infirmos & colligendam ex Judæis Ecclesiam primitivam, sed liberè & tanquam res adiaphora; non tolerata tanquam necessaria c. 2. v. 3, 4, 5 vid. Decretum Concilij Apost. Act. 15. v. 28, 29. ubi necessarium aliud absolutè est, ut prohibitio fornicationis, quæ stare nequit cum Christianismo; tametsi nonnullis pro re indifferenti habebatur; aliud ob conditionem temporum, ad evitandum scandalum, ut abstinere idolothyti &c. conf. 1. Cor. 8. v. 9, 10.

S. 6. De Judicialibus tenenda seqq. 1. nefas esto Magistratui Christiano, statutum vel condere vel tueri contra dispositionem juris divini, præsertim quatenus hæc naturali ratione suffulcitur, quales maximam partem sunt in Exod. 21, 22. Lev. 18. Num. 35. (conf. Gen. 9. v. 6.) & passim in Deuteronomio. Quin 2. sapientissimum Legislatorem (Deum) revereri & librum legis ejus pro normā actionum habere, conscientiosæ pietatis & veræ felicitatis opus est, Deut. 17. Jos. 1. &c. præsertim cum nihil sit in eo, undè generales regulæ pro communi regimine, judiciis, negotiationibus formari & adhiberi non possint. tametsi; liberæ sunt Respublicæ Christianæ à coactione legali, nec ad leges vel formam regiminis Mosaici adstrictæ.

S. 7. Lex (quam *Moralem* dicimus) accipitur vel pro ipso materiali interno, quod est opus legis scriptum in cordibus. h. e. insita mentibus hominum per creationem & testimonio conscientiæ comprobata notitia, quæ & ipsa post lapsum reliqua est, quamlibet obscurata, labefactata, imperfecta; vel pro formali, quatenus idem opus Legis certis (in specie X) verbis perfectè à Deo comprehensum, vivâ voce traditum, in tabulas redactum, & custodiæ Israelis concreditum. Hinc est,
quod

quod Judæi dicuntur peccare ἐν νόμῳ, gentes ἀνόμους, Rom. 2. v. 12, 14, 15. Ultrâq; acceptione conjunctim suppositâ, noranda I. Causa efficiens principalis, unus, verus Deus Exod. 19. 20. Deut. 5. Undè εἰς νόμον Ἰσραὴλ Jac. 4. v. 12. Sic & ipso digito Dei (Spiritu S) descripta X. verba in tabulis tam prioribus quam posterioribus Exod. 34. v. 1, 27, 28. Deut. 9. v. 10. 6. 10. v. 1. II. ministerialis, opera sc. tum Angelorum, Actor. 7. v. 53. Gal. 3. v. 19, Ebr. 2. v. 2. tum Mosis, ut mediatoris seu internunciî Job. 1. v. 17. Gal. 3. v. 19. vide Exod. 20. v. 19. & Deut. 5. v. 22, 23. seqq. III. Materia simul & forma, ubi hæc observanda I. Reducitur Decalogus ad duo capita, de dilectione Dei & proximi. 2. negativorum præceptorum major numerus est, quam affirmativorum; quia facilius, quid intermittendum, quam quid faciendum, assequimur. 3. ex negativis tamen per consequ. deducuntur affirmativa contraria, & vice versâ. 4. Obedientiam requirit Decalogus non tantum in exterioribus sed & interioribus maximè, in interprete ipso Christo Matth. 5. 5. Dilectione proximi tota Lex absolvitur, & hujus plenitudo illa est Rom. 13. v. 8, 9, 10. Rationem pete ex 1. Job. 4. v. 20. Controvertitur hic de distributione Decalogi & Q. quæ præcepta ad primam tabulam, quæ ad secundum referenda? Als. I. Imagines in coelo, terrâ, mari, species sunt אלהים אחרים & sic præceptum de imaginibus primi præcepti exegesis est, quod & accentuatio (à posteriori) ostendit. II. Concupiscentia, quatenus tenet hominem, extrahendo (etiam regnitum) ex terminis à Deo præscriptis, & inescando dulcedine fucata, tamen si nondum sese ad actum præcisè determinavit, & sic antè conceptionem adhuc versatur, velut prima ad malum incinatio, Decimo; quatenus vero concipit objectum certum, sub specie boni concupiscibile, Nono; quatenus deniq; pariendo occupatur, in reliquis præceptis, (unâ cum peccati actu & consumptione ejusdem) prohibetur.

§. 8. IV. Finis & usus, qui ex intentione Dei post lapsum, non est justificare vel vivificare Gal. 3. v. 21, sed. 1. in universali (respectu omnium hominum) esse æternam sapientiam & immutabilem regulam voluntatis Dei, à quâ remittere nequit justitiâ salvâ. 2. Ducere ad Christum mediatorem instar pædagogi, idq; per sensum peccati, cujus agnitio (tam resp. materialis quam formalis, antecedentis & consequ. ex Lege est Gal. 3. v. 24. Rom. 3. v. 20. vid. Diss. 5. Quæ & ipsam incredulitatem Evan-

gelio (ut verbo Dei) adversam tanquam ἀνομίαν accusat & damnat.
 3. irrogenitorum compescere & franare licentiam, cogendo & maledictionem denunciando 1. Tim. 1. v. 9. 4. Regenitis & justificatis per fidem, præbere normam vivendi secundum Deum, cum quâ rectissimè consistit spiritus spontaneus, & sic amicè in Christo conspirant Lex & Evangelium. Hinc patet decisio Q. 1. *an & quomodo renati ex DEO liberati sint à lege per Christum?* R. redempti sumus 1. quâ maledictionem Gal. 3. v. 13. 2. quoad internum exactiois rigorem, & independentem metum servilem. Gal. 4. Rom. 8. non redempti quoad observationem, sed spontaneam. II. *Q. in specie de fidelibus in V. T. R.* Fuerunt & hi immunes à maledictione & metu interiori, non fuerunt à disciplinâ poenali exteriori, à quo & nos liberati sumus.

§ 9. Certamen hic est de fine & usu Legis; Ass. I. *contra errorem in excessu.* Ex lege post lapsum nulla justitia, vita, salus. Ratio quia absolutam omnibus modis obedientiam, sub quâ vitam lex spondet Gal. 3. v. 10, 11, 12. (adde Jac. 2. v. 10.) nemo præstare potest (excepto solo Christo) idq; ob carnem: Undè infirmitas, & conseq. ἀδυναμίαν τῆ νόμου Rom. 8. v. 3. Sed de hoc pluribus in Loco de Justificat. Ass. II. *Contra errorem in defectu.* Non est eliminandus ex Ecclesiâ N. T. Decalogus, sed retinendus in eâ, velut demonstratio peccati, castigatio veteris hominis & piæ vitæ regula perpetua; neq; enim novus legislator Christus est, sed interpretes consummator & finis legis Matth. 5. Rom. 10. Et hoc respectu Lex Dei sublato rigore & maledictione, & dato Spiritu spontaneo, dicitur Lex Christi.

§ 10. EVANGELIUM (Ebræis בשורה 2. Sam. 18. v. 18, 20. notat bonum, gratum, lætum nuncium Sumitur autem. 1. pro totâ doctrinâ de Christo Rom. 1. 16. Marc. 16. v. 15. Et sic nec interpretatio legis genuina, nec conciones poenitentiales, nec regulæ de formando Christianismo, nec quæcunq; faciunt ad stabiliendum conservandumq; lætum nuncium, ab appellatione Evangelij excluduntur. 2. strictè pro annunciatione gaudij magni (quod metui opponitur) Fundamentum illius Christi est: & ita supponit pro prædicatione de gratiâ Dei & salute hominis peccatoris in Christo. Luc. 2. v. 20. Jes. 61. v. 1. Luc. 4. v. 18. Matth. 11. v. 5. (habetq; pro opposito legem strictè dictam) Et in hac acceptione offert Christum salvatorem mundi, tum quatenus talis est, tum in quantum idem exhibitus est. In illo resp. æquè sonuit vox Evangelij in V. quam

quam N. T. Tit. i. v. 2, 3. Rom. i. v. 2. In hoc dicitur mysterium temporibus secularibus tacitum Rom. 16. v. 25. tamen utroque modo, rationi sibi relicta semper occultum manet, 1. Cor. 2. Objectum, cui annuntiat, sunt peccatores omnes, in specie contriti, *ὄντοι*, pauperes, territi *Ἰησ.* 61. v. 1. *Luc.* 1. v. 20. *Matth.* 11. f. 25. In his enim perficitur virtus Evangelica. Unde constat decisio *Q. an Evangelium proprie sit consilio penitentia seu contritionis?* N. de Evangelio strictè sumpto, quod non terret, non conterit, sed territos & contritos ex lege erigit *Marc.* 1. 15. *Luc.* 2. 10.

§. II. I. Autor Evangelij tam ratione decreti æterni, quam factæ suis temporibus manifestationis idem est, qui verbitotius *vid. Diss.* 1. §. II. *adde Tit.* 1. v. 2, 3. *Job.* 1. v. 17, 18. 1. *Cor.* 2. v. 7, 10, 11, 12. II. Materia cum formâ conjuncta sunt promissiones gratiæ, eaq; vel simplices, quorum impletio hominum fidem non requirit, licet sinè hâc non profint v. g. de mittendo filio, de colligendâ Ecclesiâ; vel conditionatæ, quæ fidem ceu medium applicandi Christum sivè exhibendum sivè exhibitum includit. *Marc.* 16. v. 16. omnes gratiæ, omnes certæ & infallibiles *Rom.* 3. v. 4. III. Finis, à parte Dei, gloria sapientiæ, misericordiæ, justitiæ, potentiæ, veritatis divinæ, de quibus *passim in sacrâ*, e. g. *Luc.* 1. v. 78. *Rom.* 1. v. 17. resp. hominum, æterna salus, & fidei ad eam consequendam, juxtâ cum viribus gratiæ, collatio *Rom.* 1. v. 16. c. 8. v. 2. Et hinc constat præcipua legis & Evangelij differentia, quâ Paulus ostendit *2. Cor.* 3. ubi litera dicit strictum legis sensum, citrà implendi facultatem, Spiritus vero virtutem in Evangelio efficacem. Illi mortificatio huic vivificatio tribuitur.

§. 12. Ex dictis patet *Discrimen* V. & N. T. ubi notandum V. & N. T. usurpari 1. more Ecclesiastico, pro libris Prophetis & Apostolicis. Ratio distinctionis est *in Ebr.* 1. (*vid. Diss.* 1.) 2. pro diverso Ecclesiæ statu, 3. specialiter & propriè pro fœdere antiquo & novo. De *Primo* notetur. In Lege (Mose & prophetis) Evangelium, & in Evangelio (Evangelistis & Apostolis) Lex est. De *secundo*. Aff. I. ratio justificationis & salutis una est & eadem tam ante, quam post exhibitum, Messiam *Aff.* 15. v. 11. unum utrobique medium offerens, promissio Evangelica *Gal.* 3. v. 16. *Rom.* 10. v. 8. *Deut.* 30. v. 11. 12. unum apprehendens fides *Gen.* 15. v. 6. *Rom.* 4. v. 3. *seqq.* unum fidei objectum Christus *Ebr.* 13. 8. *Apoc.* 13. 8. una denique salus & benedictio promissa *Gen.* 22. v. 18. *Gal.* 3. v. 16, 22. *adde Ebr.* 11. *tot.* II. differentia consistit in claritate & liber-

libertate. Sic vetus Ecclesia 1. habuit spem vitæ פְּרִי חַיִּים *pl. 11.*
sub umbris futurorum bonorum. 2. alligata fuit ad disciplinam Mosai-
cam, & sic conclusa sub tutoribus &c. *Gal. 3. & 4.* Secus est cum Eccle-
sia N. T.

§. 13. De Tertio (ubi essentielle occurrit discrimen) Ass. I. Test. Ve-
tus est obligatio ad observationem legis moralis (cujus appendices
fuerunt ceremoniales & forenses in populo Israel) cum coactione &
comminatione mortis, stricta II. Respicit omnes, prout sunt ad Chri-
stum ducendi. III. Irritum fit ex transgressione & sic (negatâ virtute vi-
vificandi) pædagogus existit ad Christum. IV. Veteri infirmato surroga-
tur novum; quod & melius ob promissiones meliores, cum primis me-
diatorem Christum, transgressiones quæ sub priori fœdere erant, expian-
tem, teste *Epistola ad Ebr.* quæ argumentum pro summâ fidei obedientiâ
Christo debitâ, ex conditione fœderis novi (melioris) exquisitissimum
ducit. V. Causam surrogationi dant culpabilitas & imperfectiones
prioris variæ, *Ebr. 8. v. 7.* Sic sacerdoti peccatori, mortali, successores
suos habentis; sacerdos sanctus, immortalis, æternus, unus, *c. 7. v. 16. seqq.*
Tentorio manu facti fragili; tabernaculum stabile, non manufactum;
sanguini alieno (brutorum) sanguis proprius Christi per æternum spi-
ritum se ipsum offerentis Deo irreprehensibilem *c. 9. v. 12. 10. 14.* Actibus
sacrificandi multiplicibus, actus unicus, perfectissimus, omnia consum-
mans, æterna redemptione (vi infiniti valoris) inventâ *v. 15. conf. c. 7.*
v. 27. Deniq; (quod caput rei est) innumeris transgressionibus & præva-
ricationibus, Legem subindè infirmantibus, perpetua in Christo, eaq; suf-
ficiens salvandi potestas opponitur &c.

§. 14. Descriptionem fœderis novi (undè tam hujus quam veteris
testamenti differentia agnoscitur) pete ex *Jer. 31. v. 31. seqq. Conf. Ebr. 8.*
&c. Et hic nota 1. Formam quæ hæc est. *Ero ipsis in Deum & ipsi mihi*
in populum. 2. Fundamentum. *Propitius ero peccatâ ipsorum* (puta in
Christo) 3. applicationem, quæ fit cognitione interiori, eaq; facilitâ,
non pendentem ab operosâ institutione & disciplinâ legali externâ. 4. Me-
dium pro applicatione, quæ est Lex Dei, scribenda in cordibus, seu tabu-
lis carneis, alibi dicta Lex libertatis, Lex spiritus vitæ in Christo *Jac. 1.*
Rom. 8. v. 2. 5. Partes confœderatas, quæ sunt, tum Deus ipse, tum do-
mus Israel ac Juda, uno nomine Ecclesia. Atq; ex his promissionum
N. T. (utpotè constantium, spiritualium, æternarum)
præstantia elucescit.

•••(o)•••

quam N. T. Tit. i. 9. 2, 3. Rom. i. 9. 2. In hoc dicitur mysterium temporibus secularibus tacitum Rom. 16. v. 25. tamen utroque modo, rationi sibi relicta semper occultum manet, 1. Cor. 2. Objectum, cui annuntiat, sunt peccatores omnes, in specie contriti, *υμῶν*, pauperes, territi *Ἰησ.* 61. v. 1. *Luc.* 1. v. 20. *Matth.* 11. 5, 25. In his enim perficitur virtus Evangelica. Unde constat decisio Q. an Evangelium proprie sit conscientia penitentiae seu contritionis? N. de Evangelio strictè sumpto, quod non terret, non conterit, sed territos & contritos ex lege erigit *Marc.* 1, 15. *Luc.* 2, 10.

§. II. I. Autor Evangelij tam ratione decreti æterni, quam factæ suis temporibus manifestationis idem est, qui verbi totius *vid. Diss.* 1. §. 11. *add. Tit.* 1. v. 2, 3. *Job.* 1. v. 17, 18. 1. *Cor.* 2. v. 7, 10, 11, 12. II. Materia cum formâ conjuncta sunt promissiones gratiæ, exq; vel simplices, quorum impletio hominum fidem non requirit, licet sine hac non proficit v. g. de mittendo filio, de colligendâ Ecclesiâ; vel conditionatæ, quæ fidem ceu medium applicandi Christum sive exhibendum sive exhibitum includit. *Marc.* 16. v. 16. omnes gratiæ, omnes certæ & infallibiles *Rom.* 3. v. 4. III. Finis, à parte Dei, gloria sapientiæ, misericordiæ, justitiæ, potentiæ, veritatis divinæ, de quibus passim in sacrâ, e. g. *Luc.* 1. v. 78. *Rom.* 1. v. 17. resp. hominum, æterna salus, & fidei ad eam consequendam, juxta cum viribus gratiæ, collatio *Rom.* 1. v. 16. c. 8. v. 2. Et hinc constat præcipua legis & Evangelij differentia, quâ Paulus ostendit *2. Cor.* 3. ubi litera dicit strictum legis sensum, citrà implendi facultatem, Spiritus vero virtutem in Evangelio efficacem. Illi mortificatio huic vivificatio tribuitur.

§. 12. Ex dictis patet *Discrimen* V. & N. T. ubi notandum V. & N. T. usurpari 1. more Ecclesiastico, pro libris Prophetis & Apostolicis. Ratio distinctionis est *in Ebr.* 1. (*vid. Diss.* 1.) 2. pro diverso Ecclesiæ statu. 3. specialiter & proprie pro fœdere antiquo & novo. De *Primo* notetur. In Lege (Mose & prophetis) Evangelium, & in Evangelio (Evangelistis & Apostolis) Lex est. De *secundo*. Ass. I. ratio justificationis & salutis una est & eadem tam ante, quam post exhibitum, Messiam *Act.* 15. v. 11. unum utriusq; medium offerens, promissio Evangelica *Gal.* 3. v. 16. *Rom.* 10. v. 8. *Deut.* 30. v. 11, 12. unum apprehendens fides *Gen.* 15. v. 6. *Rom.* 4. v. 3. *seqq.* unum fidei objectum Christus *Ebr.* 13, 8. *Apoc.* 13, 8. una deniq; salus & benedictio promissa *Gen.* 22. v. 18. *Gal.* 3. v. 16, 22. *add. Ebr.* 11. *tot.* II. differentia consistit in claritate & liber-

